andere Sachen / nach dem Rechten gemeiniglich und ungefährlich/ als recht iſt / alſo / daß Sie Uns und Unſern Erben unſchädlich ſeyn an Unſern Richten und Rechten/ nach laut Ihrer Brieff/ ſo Sie von Uns und Unſern Vordern löblicher Gedächtnuß/ darüber haben ungefärde. Mit Uhrkundt diß Brieffs. Geben zu Grätz am Freytag nach St. Stephans-Tag Invencionis, nach Chriſti Geburt im Vierzehenhundert und Neun und Sechtzigiſten ; Unſers Kayſerthumbs im Achzehenden/Unſerer Reiche/deß Römiſchen/im Dreyſſigſten/und deß Hungariſchen im Eilfften Jahr. Ex eo tempore ad hæc Noſtra usque, Camerarii Hæreditarii in Carniola munus, meritorum inſignium ergo, penes Inclutam Auerſpergiam Gentem non interrupta ſerie manſit, & inter Ejus decora numeratum eſt.

TYROLENSIS Camerarii Honorem Ferdinandi I. beneficio Dominis de Glöſs Anno 1525. collatum eſſe Franciſcus Adamus Comes Brandiſius annotavit, quo tamen jam antea Familiam hanc decoratam fuiſſe autumat. (bb)

GORITIÆ Comitatus Anno 1648. Die quarta Aprilis Carolum Gottofredum Baronem Preunerum Camerarum nactus eſt, antea hoc munus apud Goritienſes, ut reor, minus uſitatum fuit. (cc)

(a) *Ex Originali Diplomate in Archivo Rogendorffiano exſtante.* (b) *Lazius de Migrat. Gent. L. VIII. C.* 445. (c) *Bucelin. P. III. German. Stemmat.* (d) *Lib. I. pag.* 296. (e) *Archivum Statuum Auſtriæ N.* 2266. (f) *Vid.* Oeſterreichiſche Lehens-Regiſtratur. (g) *Ex concione funebri Mariæ Barbaræ Eizingiæ Sempronii habita.* (h) *Vid.* Oeſterreichiſche Lehens-Regiſtratur. (i) *Ibi.* (k) *Lib. VI. pag.* 191. (l) *Vid.* Steyriſche Lehens-Cantzley. (m) *Ibi.* (n) *Ibi.* (o) *Ibi.* (p) *Ibi.* (q) *Ibi.* (r) *Lazius de Migrat. Gent. Lib. VI. pag.* 179. (s) *Vid ſupra pag.* 220. (t) *Vid.* Steyriſche Lehens-Cantzley. (u) *Ibi.* (x) *Ibi.* (y) *Ibi.* (z) *Lib. IX. Cap.* 2. (aa) *N.* 3064. (bb) Im Ehren-Kräntzel deß Tyroliſchen Adels *pag.* 120. (cc) Steyriſche Lehens-Cantzley.

CAPUT IV.

DE HÆREDITARIIS MARESCHALLIS.

AZonem quendam Præſtantiſſimum & belli Studiis Clariſſimum Virum à Leopoldo III. Marchione Auſtriæ ob ſtrenuam adverſus Bavaros Moravosque Auſtriam depopulatos, navatam operam, Mareſchallum & poſtea Pincernam Auſtriæ creatum fuiſſe ex Præpoſiti Neo-burgenſis Chronico Anno 1491. edito, ſupra (a) retulimus. Sed audiamus etiam ſimi-